



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

LXI. Siffridvs. XL. Arch. XXIV. Elector.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](#)

non verò armis cum civitate agendum rite persuasus, pacem dedit & impetravit, cum Phrygibus doctus sapere. Annis 14. verius pugnavit, quām quievit: excipe annum mortis 1275.

## LXI. SIFFRIDVS. XL. ARCH.

## XXIV. ELECTOR.

**S**iffridus ex præclaro Westerburgorum stemmate ortus, institutus cruentis Engelberti II. vestigiis, aut longè superavit, gladio magis, quām consilio usus, ut vim vi frangeret. Quare haud veritus arma ipse induere, & in arenam descendere, at in eadem captus ab hoste Montensi Comite Adolpho, annis 7. libertatem frustra desideravit: tandem verò liberatus, mox totis viribus redintegrato bello ea fortunā certavit, ut Adolphum inter victos atque captivos ductum, talionis poenam subire mandārit modo planè barbaro. De fine captivitatis desperandum erat ante omnia alia Adolpho; modum ut mitigaret victor, vix ausus est sperare, præsertim cùm ferreæ caveæ nudum Comitis corpus inclusum, & melle oblitum vespis & muscis patere jussit, exemplo inter hostes Christianos hactenus inaudito. Hujus Electoris etiam causā interdicto Ecclesiæ subiecta Colonia multo languit tempore. Annis 24. non sedit, sed sœvit ad annum 1298. usque.

## SECULUM XIV.

## LXII. WICHBOLDVS. XLI. ARCH.

## XXV. ELECTOR.

**W**ichboldus ex Illustrium Baronum de Holte natus sanguine, & Coloniæ legitimis in Archiprætulem electus calculis, omnem quamprimum movit lapidem, ut Metropolis sua interdicto soluta, ovis instar perditæ reduceretur ad pastorem suum. Laudem hanc unam & maximam

Wich-